Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

uris affutura exorimus graciam dei que inspira
cionis sue rore sterilitatem nostri cordis aspergat
ut lingue pastoralis officio que sancti gregis
auribus sunt utilia proferat Dicente enim domino bonorum
omnium largitore Aperi os tuum et adimplebo illud
Audiemus etiam tibi propheticis dicere labia mea
aperies et os meum annunciabit laudem tuam R T u
das mercator pessimus osculo petiit dominum ille ut agnus
innocens non negavit iude osculum denariorum numero christum
iudeis tradidit V Melius illi erat si natus non fuisset
denariorum Lectio sexta Incipiens igitur dilectissimi
euangelicam de passione domini hystoriam retractare
diuino intelligimus dispositum fuisse consilio ut
sacrilegi iudeorum principes et impii sacerdotes qui
semper odii in christum occasiones sepe quesiuerant non
nisi in sollempnitate paschali exercendi furoris sui
acciperent potestatem R V nus ex discipulis meis tradet
me hodie ve illi per quem tradar ego Melius illi erat si
natus non fuisset V Qui intingit mecum manum in pa
rapside hic me traditurus est in manus peccatorum Melius
In tercio nocturno antiphona Dixi iniquis nolite loqui aduersus
deum iniquitatem ps Confitebimur an Terra tremuit et
quieuit dum resurgeret in iudicio deus ps Notus in iudea
deus an In die tribulacionis mee deum exquisiui manibus
meis ps Voce mea ad dominum V Deus meus eripe
me de manu peccatoris et de manu contra legem agentis et iniqui
Ante diem festum Euangelium legitur sine titulo
pasche sciens ihesus quia uenit hora eius ut
transeat ex hoc mundo ad patrem cum dilexisset
suos qui erant in mundo in finem dilexit eos
Scripturus euangelista iohannes memorabile illud
domini misterium quo discipulis in pascha priusquam
ad passionem iret pedes lauare dignatus est
Primo ipsum nomen pasche quod mistice significet
aperire curauit ita incipiens Ante diem autem festum
pasche sciens ihesus quia uenit hora eius ut transeat
ex hoc mundo ad patrem cum dilexisset suos qui
erant in mundo in finem dilexit eos R S eniores
populi consilium fecerunt ut ihesum dolo tenerent et occiderent
Cum gladiis et fustibus exierunt tanquam ad latronem V